

06

A

982



N
M



עמי עשו:

3
Positionum Metaphysicarum

DENARIUS TERTIUS,

De

AFFECTIONI-

BUS ENTIS IN GENERE,

Quem

PRÆSIDE

M. JOHANNNE MANITIO,

Electoral. Alumno, & Facult. Philos.

ADJUNCTO,

In Alma Leucoréa

Publicæ ventilationi submisit

JOACHIMUS LONNERUS,

Gardingâ-Holsatus.

In Acroaterio Majori, ad d. 9. Septemb. hor. mat.

WITTEBERGÆ,

Typis JOHANNIS RÖHNERI, Academ. Typogr.

ANNO M. DC. LXV.

POSITIO PRIMA.

UT singula Entium particularium genera perlustrantes unumquodque affectionibus suis gaudere deprehendimus: ita Ens quoque; iis denudatum non esse, certum est, quia competunt eidem non pauca predicata communissima, quibus omnes conditiones, quæ ad veram affectionem absolutè & in formali suo consideratam aliàs requiruntur, commodè possunt applicari.

POSITIO SECUNDA.

Sunt autem affectiones illæ, ab afficiendo dictæ, conceptus latissimi, Ens per se consequentes; nullatenus verò accidentia, licet prima nominis impositio earum realem à subjecto suo diversitatem inferre videatur; attamen postea generalius accipi, & pro omni eò, quod à posteriori subjecto alicui convenit, illudque convertibiliter denominat, adhiberi cœpit, non habitò respectu, an res peculiaris, an saltem modus sit, an realiter, an saltem ratione ratiocinatâ & formaliter ab eodem differat.

POSITIO TERTIA.

Verificantur affectiones Entis de ente *non secundum statum idealem & in suppositione simplici, juxta quem statum & in quâ suppositione de eo dicitur, quod sit objectum Metaphysicæ: sed secundum statum fundamentalem, & in suppositione personali, prout extra intellectum habent esse objectivum fundamentale & in singularibus est radicatum, ita ut possim subsumere: Omne Ens est unum, perfectum, verum, Bonum; Petrus est Ens, E. Petrus est unus, perfectus, verus, bonus, &c.*

POSITIO QUARTA.

Propria natura affectionum consistit in eo, quod ex ratione quidditativâ subjecti sui per se fluant, illudque consequantur, ubi connotatur. 1. *quod affectiones non sint ipsum subjectum, sed quodammodo à subjecto distinguantur, siquidem omne consequens ab eo, quod consequitur, distinctum est. 2. quod ad subjectum suum non essentialiter, sed extrinsecus se habeant, quia, quæ aliud consequuntur, de essentia ejus, quod consequuntur, non sunt; Et 3. quod de subjecto prædicentur convertibiliter, quomodo quidem omne id, quod per se resultat ex natura alicujus, non tantum eidem, omni, semper & ubique, & reciprocè convenit.*

POSITIO QUINTA.

Inde apparet affectiones, veras, reales, & positivas esse, terminis his paulò

paulò latius acceptis, prout verum & reale notat omne, quod non est fictum, & positivum dicit id, quod non est purè nihil; realiter tamen cum Ente idem sunt, & non nisi formaliter ab eòdem differunt.

POSITIO SEXTA.

Quùm affectiones quædam intimè essentiam imbibant, & ex ipsa natura entis resultent, adeoq; *primariò* & per se illi convenient: quædam verò non ita intrinsecè & essentialiter Ens consequuntur, sed *secundariò* & certa *quædam* eidem competant, maximam partem à libero hominis arbitrio, dispositione atq; consideratione pendentes, & ita per accidens quodammodo Enti competentes, ideò *in primarias & secundarias rectè dividuntur.*

POSITIO SEPTIMA.

Præterea, quàm inter primaria attributa quædam simpliciter & solitariè sumpta, latitudinem Entis exhauriant & ita in sensu unito cum eodem recipiari possint: quædam verò non nisi conjunctim sumptæ ejusdem cum Ente latitudinis sint & cum oppositi illatione cum eo reciprocentur: hinc fit, ut denuò *affectiones Entis primarias in unitas & disjunctas dividamus.*

POSITIO OCTAVA.

Istæ affectiones omnes quæcunqve sunt, nullam in subjecto suo compositionem faciunt, sed si simplex illud sit, idem tale relinquunt, ut propterea neutiqvam simplicitas DEI periclitetur ceu nonnulli, tempestivè nimis & absq; causa curiosi, suspicantur & existimant.

POSITIO NONA.

Non Entis, quod simpliciter tale, negativum ac fictum est, *nulla omninò affectiones dantur*, nisi forsitan tales, quæ ipsum est, quùm talia sint prædicata, quæ permittuntur esse à suo subjecto. Nam quicquid non est, quæ poterit affici, quomodo in eò radicabitur affectio, quùm subjecti, & in eodem tanquam in subjecto, soleat esse affectio.

POSITIO DECIMA.

Licet verò in affectionibus Entis non detur prius ac posterius à parte rei, interim cum Tartareto earundem *ordo* non est negandus, quùm ex parte conceptibilitatis nostræ talis omninò concedendus, *non quidem perfectionis, sed consecutionis; non ratione materialis, quod unum est; sed ratione formalis;* Atq; sic rectè affectiones unitæ disjunctis præponuntur, & primariæ secundariis.

T A N T U M!

06 A 982

ULB Halle 3
004 544 900




5b

VD 17







B.I.G.

Farbkarte #13

Inches

Centimetres

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

3

עמי עשו:

Positionum Metaphysicarum

DENARIUS TERTIUS,

De

AFFECTIONI-
BUS ENTIS IN GENERE,

Quem

PRÆSIDE

M. JOHANNNE MANITIO,

Electoral. Alumno, & Facult. Philos.

ADJUNCTO,

In Alma Leucoréa

Publica ventilationi submit

JOACHIMUS LONNERUS,

Gardingâ-Holsatus.

In Acroaterio Majori, ad d. 9. Septemb. hor. mat.



WITTEBERGÆ,

Typis JOHANNIS RÖHNERI, Academ. Typogr.

ANNO M. DC. LXV.

